tibus epistolarum in loco propriorum nominum vel brevitatis gratia
vel nominis quod ignoramus supplementum. Est semipunctus
etiam quem in fine linee locamus quando contingit quod ibi
dictio completa non sit: sed in sequente transeat qui
quidem solent parvam virgulam designari ad denotandum,
quod ibi non sit completa dictio: sed in sequente oporteat
transire lineam: Ego vero videns quod exclamatio ista
vel admiratio: aliter quam interrogatio vel communis
sermo solet enunciari consuevi tales istas in fine notare
per punctum planum: et coma eidem puncto lateraliter
supra positum .

Sunt autem horum punctorum forme tales Suspensivus /
Colus . Coma ✓ Periodus .) Semipunctus //
Interrogativus .? Exclamativus sit duobus modis
vel Admirativus ·/·

Forme autem punctorum possunt videri in oratione sequenti
Si decernas in sollicitudine te conferre quo deo
placeas ✓ gere primum hominem / et fallacis mundi: blan
dicias pone / Non potes equidem respirere mundum
et ascendere in celum ✓ despiciendus non respici
endus ut in incendia per mortalia curramus O felix
commercium ! O gloriosa commutatio ! lucrari
celum amittere mundum ! Quis ad hunc non currat

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs1126a/0102
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg